

Epicedion in pios
manes reverendi ac
doctissimi viri dn.
Henrici Simonis,
e...

1 Ic Fol.



National Library
of Sweden

EPICEDION

32

In Pios Manes

Reverendi ac Doctissimi Viri


D^N. HENRICI SIMONIS,

Ecclesiae Dei quae est in *Stia* / quondam Pastoris
vigilantissimi, patru mei desideratissimi.

(Carlaudio)

+ 1650

*Quid valet hic mundus, quid gloria, quidve triumphus?
Post miserum funus, pulvis & umbra sumus.*



*Pulvis & umbra sumus, pulvis nihil est nisi fumus,
Sed nihil est fumus, nos nihil ergo sumus.*

Heu quam sunt subitis, rerum subjecta fluentum
Omnia momentis, motibus atque citis!
Et quantum fortuna vices mortalia frangit,
Prævalidis telis, pectora per varios!
Nullus inaccessus vivit, vitare repentis
Nemo potest casus, ambiguasque vices
Rerum, & in Humanis nihil est durabile quicquã,
Cuncta volant celeri & non remanente pede.



1650

83

I p̄saq; vita hominis, (miseris mortalibus unquam
Quâ nil terrenum charius esse potest)
Ceu per tecta vagans, & pinguia culta pererrans
Turbidus immensis Nereus altus abit,
U ndis, quas revocare volet, quas sistere tentet,
Non nisi quis mentis impos inopsque suæ:
S ic cita mors rapido cunctos minitatur hiatu
Mortales, nulli parcere norit acor.

S auciat illa simul senium, lætamque juventam,
Surrupit, & nullos respicit atra dies.
I ntentat stultis simul ac sapientibus arcum,
Omnia victricis sub juga mortis eunt.
M agnos atq; humiles æquo rapit ordine, eandem
Doctus & indoctus cogitur ire viam.
O ccupat & forti confisum milite regem,
Non secus ac parvas s̄vetus adire casas.
N ec dubitat jugale thori dirumpere sacrum,
Flere jubet vidui frigida regna thori.
I lia gnatorum mentesque doloribus angit,
Cogit & ut queritent tristia fata Patrum.
S pernit amicorum suspiria justa: nec ullis
Ardua mitescunt, jura ferenda modis.

Ast non vera canis: Dubii Experientia victrix
Sic nonne, afflictum me, cecinisse jubet?
Et Patruī quondam, gemitu testante dolorem,
Jure dolere mei, tristia fata jubet.
Quæque dolet mecum pariter pia concio, sacro
Pascere quam verbo s̄vererat ipse Dei.

Et sibi surreptum deplorat mæsta repente,
Antea Doctorem, quem venerata suum est.
Uxor, quæ viduo recubat sub tegmine, dulci
Cui vigilanda venit nox sine amore viri;
Cujus & in corde dolor ingens æstuat imo,
Plorat ad amissi furda sepulchra viri.
Alloquiis facilem, lacrymis deflere, parentem,
Discunt fæcundi pignora chara thori;
Luctifonis tentant revocare ululatibus orco
Quem rapuit rabidæ vis violenta necis;
Frustra tamen: præfixa manet nam meta dierum
Omnibus, & mortem fallere nemo potest.
Et cui longevós ipsi promittimus annos.
Quam credas tibi eum mors gravis ante rapit.
Æquâ igitur, vitari, nequit quod, mente ferendum
Sentias, & Jovam sic voluisse fat est.
Nec mæstis nimium licet indulgere querelis,
Vel contra summum bella movere Deum.
At Pupillorum quæ forsque vicesque futuræ?
Æternum bonitas est manifesta Dei.
Optimus is Judex viduarum est, maximus idem.
Orphana quando fumus, spretaque turba, Pater
Ille est omnipotens: desertos illene contra
Pollicitum fineret? non finet esse suos.

*In debiti officii & condolentiæ testimonium,
lubens lugensque reliquit*

SIMON LAUR. CARLANDER.
Ostro-Bothn.

J. S. Westhimer
J. France

8

9

SIMON J. A. R. G. ...
Offre ...